



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

I. De Iure Canonico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

DE JURE CANONICO.

TITULUS PRIMUS.

Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Jus Canonicum.

In secunda, quid sit. In tertia, ex quibus constet.

Partes patent. h. d.

VRI Canonicum daturam nosse oportet, unde talis denominatio defensatur. Et quidem Ius, generale est nomine: Canonum vero, dicitur a verbo Graeco Κανόνις, a quod Latinè idem significat, quod regula: unde jus Canonum, ius regulare non male dixeris: quam denominacionem ex eo accepit, quod ex regulis praeceptorum Patriarum ad rectam vivendam normam inservit deductum fuerit. Est igitur Ius Canonicum, quod civium actiones ad finem aeternam beatitudinis dirigunt. Constat vero in primis id Ius, divina legis preceptis, confuetudine, & constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligenter dispiiciamus.

DE IURE DIVINO, CONVENTUDINE ET CONSTITUTIONIBUS.

TITULUS II.

Ius divinum est, quod continetur in Lege & Evangelio, & est immutabile h. d.

Ius divinum est, quod in Lege continetur & Evangelio b, atque immutabile semper permanet. Sunt enim Legis & Evangelii precepta, aut moralia, aut mystica. Moralia precepta nullam omnino mutabilitatem recipere possunt: Mystica vero, eti quanum ad su perficiem matata videantur, secundum moralem tam intelligentiam nullam mutationem recepisse compertuntur.

Quid sit consuetudo, & unde duxerit originem, & quam vnde habeat h. d.

Ius a consuetudinis, post naturalem legem sumpsit ex Ordinum, ex quo homines in unum convenientes coepit simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain civitatem adificasse legitur. Est autem consuetudo e, ius quoddam moribus institutum, quod pro legi fulcitur: in iis enim rebus, in quibus nihil certi divina statuit scriptura f, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi.

Præva confuerit non ligat.

Hæc tamen de ea consuetudine intelligere oportet, quæ neque divino iuri, neque Canonico contradicit institutis: si quid autem contra fidem Catholicam ulterius dignoscitur, non tam consuetudo, quam vetustas erroris est appellanda.

Quid sit constitutio, & quotuplex: & civiles constitutiones, quæ non sunt contra Evangelium & Canones, sunt honoranda, licet ipsi Ecclesia non ligetur.

a Ca. dist. 3. b dist. i. in sum. c can. §. hu istag. dist. 6. d can. §. ius vero consuetudin. dist. 6. e can. consuetudo. i. dist. f can. i. in rebus. ii. dist.

Constitutio a est lex scripta. Constitutionum autem b alia Civiles, alia Ecclesiastica. Civiles sunt, quas Princeps, aut Magistratus, aut populi libimenteris sanciunt: quæ quidem, si Evangelicis, atque canoniciis decretis non sint contraria c, sunt omni reverentia digna, arque eis Ecclesia sepe contra a hereticos, contra Tyrannos, & quosunque pravos uitunt: alioquin nullius sunt momenti, quod siquid adeo obinet, ut etiam si quid in eius statuum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat communum, nullius firmatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum. Sed nos ad Ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, species, & autoritatem breviter referentes.

DE ECCLESIASTICIS CONSTITUTIIONIBUS.

TITULUS III.

Canones quibus constent, & quotuplex sint. Concilia, & qua Concilia universalia.

Canonem a quidem alii sunt statuta Conciliorum, alii decreta Pontificum, aut dicta sanctorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia, alia vero Episcopalia. Universalia sunt, quæ sancti Patres ex universo orbe f in unum convenientes, iuxta fidem Evangelicam & Apostolicam condiderint.

Institutum universalium Conciliorum celebrandorum post Apostolos coepit temporibus Constantini: & iporum celebrandorum est apud sedem Apostolicam authoritas.

Quorum g celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos a temporibus Constantini magni coepit. ipse enim primus, cum fervente persequitione docendrum plebium commoditas minime daretur, Christianis, ut libere congregarentur, facultatem praestitit. Legitima h vero Conciliorum universalium aggregandorum potestas & authoritas est penes sedem Apostolicam: quæ z, si Romanus Pontifex interesse impediatur, unum vel plures speciales ad hoc legatos constitutere solet.

Quatuor sunt principia Concilia: Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonensem.

Intra k cetera autem concilia quatuor sunt, quæ totam principaliiter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia: Nicenum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonensem, in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structa configurit.

Inter discordantia concilia preponetur sententia ejus quod est majoris autoritatis.

a Canon constitutio. z. distinct. b 3. dist. in sum. c gl. p. canon. cam ad veram. q. dist. d canon. i. in fin. & can. sequ. dist. ro. e can. §. porro. dist. j. f can. i. in prim. vers. sub hoc. dist. 15. g can. i. in prim. dist. 15. h dist. 17. in sum. in fin. & can. i. & seq. d. dist. i quib. foris. k can. §. anterior cetera. & can. seq. dist. 15.

A A A